



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Petri Cvnæi de Repvblica Hebræorum Libri III**

**Cunaeus, Petrus**

**Lvgd. Batavor., 1632**

Benevolis lectoribus salutem dico.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65527](#)

Benevolis lectoribus  
salutem dico.

**R**E P R E H E N S V S olim Albu-  
tius Rhetor est, quod de om-  
ni causa dicere cuperet, non  
quicquid debebat dici, sed  
quicquid poterat. Nos an in his com-  
mentationibus executi simus quæ dici  
oportebat, aliis judicandum relinqu-  
mus. At illud certo scimus, & profiteri  
non erubescimus; plurima nos præter-  
mississe, quæ dici poterant. Enimvero,  
cum ante nos argumentum hoc per-  
tractavissent viri duo eruditissimi, Ca-  
rolus Sigonius, atq; Cornelius Bertra-  
mus, nolebam actum agere, aut quæ ab  
illis dicta essent, molestissima iteratio-  
ne repetere. Quare h̄ic nos quædam  
aliarum rerum summa fastigia perva-  
simus, quæ ad reipublicæ hujus consti-  
tutionem pertinerent. Atque adeo,  
omissis illis, quæ Sigonius Bertramus-  
que vulgaverunt, liberrima scriptio  
nēe  
huc concessimus, quæ aliunde nobis in  
promptu erant. quæ profecto & plu-  
rima erant, & omnino digna observa-  
tu esse videbantur. Bonam autem par-  
tem eorum nobis suggestit Rabbi Mo-  
ses Ben Maimon Ægyptius, cuius in-  
dustria sagacitasque omni prædicatio-  
ne est major. Eum luculentum auto-  
rem

rem transmisit ad nos vir amplissimus, Ioannes Borelius, qui potentissimis Zelandiæ Ordinibus à secretis est. Utique quantumcunque est illud, quod nobis monumenta maximi Rabini perlustrantibus mirifice placuit, id omne acceptum ferri ejus viri humanitati debet, à quo eximum illum rerum Iudaicarum scriptorem accepimus. Nos neminem scimus, in quo nunc plus præsidii Hebraismus, quam in Borelio, habeat. Adeo ille ingenitum thesaurum ex Oriente eorum volumen comportavit, quæ nunquam aut raro vidi noster orbis. Vos, qui harum rerum studio tenemini, summam ejus viri eruditionem, propensamque ad literas ornandas voluntatem diligite, colite: & ex locuplete ejus Bibliotheca quondam omnia præclara atque incomparabilia exspectate.

## INDEX

